



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Albertus C. 7. Augusti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

phiā profecissent. Dixisse ad gremium matris currere, ita ad carnificum manipulos parili cursu contendebant. Dacianus ubi hæc inaudiit, virgis cædi imperavit. Sed illi ad imbellem scholæ metum ridere scilicet; supplicia hæc timidæ ætatis dicere, quæ sæpè nec pueris lacrimas excuterent. Alia itaque tormenta promeret, Tyranno digna, & cum iis rem sibi cogitaret, qui prætextam cum superstitione jam posuissent. Et verò victoriam jam tum desperans Dacianus non admissos educi extra urbem ad supplicium jussit. Illi in amplexus ruere, novo more frater fratti mortem gratulari; hoc demum Christianæ Philosophiæ esse, mortem pro Christo contemnere; hoc germani fratris, germano immori, nec fatis disjungi, quos uterus matris junxit. Ita animosi, & pleni, quæ in vultum etiam promicabat, lætitia, caput securi subdiderunt. Age nunc, quid ad hos discipulos Complutum, vel ipse Cordubensis Philosophus? Certè Dacianus quamprimum aliò se contulit, non ausus porrò cum viris congredi, tam turpiter à pueris vicius. Ex Baron. & Lippeloo.

Si vires tuae in pugnando sint parvae, Christum invoca adjutorem. Cum te perspexerit fideliter invocantem, qui pro te pependit in ligno, & hic victoriam, & coronam victoriae preparabit in celo. S. Aug. l. de symb.

S. ALBERTUS C. 7. Augusti.

ETiam ALBERTI splendorem prævia ab utero matris lux indicavit. Et rectius MARIAE quam hujus filium dixeris, quippe quem sterili eâ lege illa dedit, ut bona fide suo servitio olim hæc redideret. Moram ipsis, quibus jungere se ALBERTVS parabat, Carmelitis quos vocant, interponentibus,

R graviter

graviter nihilominus Deipara parentes objurgavit. Nimirum furtum hoc esse, cælo dicatum terris velle mancipare. quid simiæ catulum amarent? parum interesse veneno an amplexu partū enecarent. ut dare prolem, ita auferre, cum luberet, Superos posse. Audite parentes omnes : his monitis illi manum Deo, filium omnibus disciplinis exculatum, posthabitatis etiam regiæ puellæ nuptiis, religioni dederunt: quoque magis jam Virgini sacrificium placeret, suis met manibus ad ejus aram candidissimam hostiam stiterunt. Hic ALBERTVS orcum rivalem sponsæ vultum præ se ferentem res sibi scilicet jussit suas habere. Subinde fatigatis obfidence & fame civibus tres cum commeatu trimes cælo remige impetravit. Hebræos complures aquarum vi abreptos in sicco destituit sicco ipse pede undas percurrens. Jam morte, quam cælesti voce edoctus obiit anno M.CC.XCII. æs campanum sponte sonans, integratatem corpusculi odor suavissimus, beatitatem animi duo Angeli prodiderunt, qui dubiis an ut Cælitem colerent, an ut mortuum lugerent hominibus, sub initium rei divinæ illa verba *Os justi præiverunt.* Nostras mortes ô quam rectè lugemus ! Ex Surio.

Quicquid illud est, quod offerre paras, MARIAE commendare memento, ut eodem alveo ad largitorem gratia graria redeat, quò influxit. S.Bern.

S. MYRO EPISC. 8. Augus*ti.*

Nullæ ceræ ornarunt MYRONEM, sed virtutes multæ, quas quidem neque numerare in hac pagella possumus, ut nec pauperes, quos pulchro ordine stantes per atria quotidie laudare nobilera ejus manum vidilles. Seminabat ille in hos, quid

quid
etiam
se pe
men
furac
tant
onu
illi t
dedi
rant,
benè
suppl
RONI
fures
virtu
esthe
toner
lum i
ster j
cùm
orati
tumu
eund
No
perem
advoc
peccati
fames
SS
SO
Rv
datur,